

Spiritus vel Liquor cornu cerui succinatus,
v. supra.

Oleum succini externo potissimum v̄su venit. tum hysteriarum ac parturientium animi deliquium patientium naribus admotum, quarum nerois potenter resuscitat, tum membris paralyticis, et discutiendi scopo tumoribus frigidis illitum: Sunt qui internum guttarum quinque ad quindecim v̄sum in tetano commendant; efficax in hoc morbo debelandio deprehendit RUSH (memoir. of the medic. societ. of London. Lond. 8. Vol. I. 1787.), siue homines infestet siue equos.

Tinctura succini, v. supra. Vires suas li- quori potius debere videtur, quo succinum solutum est.

3. *Asphaltum* (LINN. *Syst. nat. III. p. 279.*), *Bitumen iudaicum*, opacum, nigrum, excalefactum aut prunis iniectum ingratum odorem spargit, cum spiritu nitri fumante affuso efferuescit, spiritum vini paulisper tingit (THOREY *chemisches Journal. 6. p. 56.*), nec nisi pice aliisque resinis vegetabilibus adulteratum soluitur, Aegyptiis ad condienda cadauera visitatum, in montibus secundariis venularum, nidulorum, guttarum specie, ad Wolgae littora magnis interdum frustis obuum.

Pulueris forma ad grana quindecim exhibitum, siue solum, siue cum saccharo lactis permistum in sanandis pulmonum ulceribus multum praestitisse, expertum se esse testatur MELLIN (l. c. p. 155.) sed frequentius adhibetur

PRAE-

PRAEPARATVM.

Oleum asphaltii, destillatione sicca ex hoc bitumine extortum, atque iterata distillatione depuratum, odore suo ad petroleum accedens, sapore perinde ingrato, connubium cum vini spiritu inire renuens, ad guttas decem vel quindecim saccharo instillatum, matutino et vespertino tempore ingestum ad sananda interna viscerum, praeprimis pulmonum vlcera (Journal de medecine, chirurgie, pharmacie etc. T. XXIII. 1765. Octobr. n. 8. p. 369. DE COURCELLES Verhandeling. van de Hollandsche Maatschappye de Weetenschappen te Haarlem. P. 8. 1765. fasc. 1. n. 14. p. 475. et P. 9. 1766. fasc. 1. n. 9. p. 603 sq. et P. XIV. 1773. hist. n. 8. TH. HEALDE on the use of oleum asphaltii in ulcers of the intestines, lungs and other viscera. Lond. 1769. 8. THEDEN neue Bemerkungen und Erfahrungen. Vol.II. 1782. L. FR. B. LENTIN memorabilia circa aërem, vitae genus, sanitatem et morbos Clausthalensium anno rum 1774 — 1777. Goetting. 1779.) commendatum, et nisi inflammatio obstaret, tum in hoc morbo, tum in febre variolarum suppuratoria (COURCELLES l. m. c.) cum fructu propinatum.

4. *Petroleum* (LINN. *Syst. nat. III. p. 278.*), *Petreolum*, *Oleum petrae*, *Oleum gabianum*, in dole inflammabili et connubium aquae renuente cum oleis vegetabilibus, tenacitate et repellente quasi, quam in vini spiritum exercet, vi, cum vnguis nosis, volatilitate, penetrante eoque, nisi per repetitas distillationes depuratum fuerit, graui et tetro odore, et sapore perinde ingrato cum oleis em-

K 5

pyreu-